



Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

Capvt XII. Æquo animo pauperibus ferendum, si vanis diuitijs spolientur,
cùm virtutibus alijsque rebus melioribus nolentes spoliari non possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

292 Cap. XII. Veris diuitijs gaudere,
CAPVT XII.

Æquo animo pauperibus ferendum, i
vanis diuitijs spoliuntur, cùm virtut
bus alijsq; rebus melioribus nolentes
spoliari non possint.

§. I.

Quomodo S. Augustinus consolatus sit, opibus
non virtutibus spoliatus.



I, vt corpori anima præstat, in
animæ quoque bona corporis bo
nis anteferenda sunt, vilipenden
dæ sunt vti que omnes diuitiae, in virtutum
comparatione. Quare maxima hinc existit
consolatio pauperum ac spoliatorum, quod
opibus priuati, non priuentur possessione
bonorum præstantiorum. Amiserunt omnia
qua habebant ait S. Augustinus, Numquid
fidem? numquid pietatem? numquid interioris
hominis bona, qui est ante Denim dines? Ha
sunt opes Christianorum, quibus opulentus dict
bat Apostolus: Est autem questus magnus, pietas
cum sufficientia: Nihil enim intulimus in hunc
mundū, sed ne auferre quid possumus, haben
tes autem victimam, & tegumentū his contentiſ
mus. Nam qui volunt dimites fieri, insidunt in
teſta.

S. Augu
stin. lib.
1 de ciuit.
c. 10.

tentationem, & laqueum, & desideria mul-
ta stulta, & noxia, quae mergunt homines in
interitum, & perditionem. Radix est enim om-
nium malorum Avaritia, quam quidam appe-
tentes à fide errauerunt, & inseruerunt se
doloribus multis. Quibus ergo terrena dinitia
illa vastatione perierunt, si eas sic habebant,
quemadmodum ab isto foris paupere, intus di-
nite audierant; id est: si mundo vtebantur tam-
quam non videntes, potuerunt dicere, quod ille
grauius tentatus, & minime superatus: Na-
dus exi de utero matris mee, nadus reuertar.
Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domi-
no placuit, ita factum est, sit nomen Domini be-
nedictum. Ut bonus seruus magnas facultates
haberet, ipsam Domini sui voluntatem, cui pe-
dissequiis mente ditesceret; nec contristaretur eis
rebus vixens relictis, quas fuerat citò moriens
relicturus. Illi autem infirmiores, qui terrenis
bis bonis, quamvis ea non præponerent Christo,
aliquantula tamen cupiditate coharebant,
quantum hac amando peccauerint, perdendo
senserant. Tantum quippe doluerunt, quantum
se doloribus inseruerunt; sicut Apostolum dixisse
supra commemorau. Oportebat enim, ut eis
adderetur etiam experimentorum disciplina;
quibus fuerat tamdiu neglecta verborum;

T 3

Nam

294 Cap. XII. Veris dinitijs gandere,

Nam cùm dixit Apostolus: qui volunt dimiti
fieri, in tentationem incidentur &c. profecto in
dinitijs cupiditatem reprendendit, non faculta-
tem; qui pracepit alibi dicens: Præcipe dinitib
huius mundi, non superbè sapere, neque spha-
re in incerto dinitiarum suarum, sed in De-
vino, qui præstat nobis omnia abundanter ad
fruendum: bene faciant, dinites sint in operibus
bonis, facile tribuant, communicent, thesan-
tient sibi fundamentum bonum in futurum, &
apprehendant veram vitam. Hac qui de suis
faciebant dinitijs, magnis sunt lucris lenia dam-
na solati, plusq; latati ex his, quæ facile tribu-
endo tutius seruauerant, quam contristati ex
his, que timide retinendo facilius amiserunt.
Hoc enim potuit in terra perire, quod piguit in-
de transferre. Nam qui receperunt consilium
Domini sui dicentis: Nolite candere vobis in
terra thesauros, ubi tinea, & rubigo extermi-
nant, & vbfures effodiunt, & furantur, sed
thesaurizate vobis in calo thesauros, quo fur
non accedit, neque tinea corrumpit: ubi enim
est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Tribu-
lationis tempore, probauerunt, quam recte sa-
puerint, non contemnenda veracissimum pra-
ceptorem, & thesauri sui fidelissimum, inuesti-
sumq; custodem: nam s; multi sunt gani, ibi

se

Se habuisse diuitias suas, quò contingit, ut hostis non accederet, quanto certius & securius gaudere potuerunt, qui monitu Dei sui illuc migraverant, quò accedi omnino non posset? Vnde Paulinus noster Nolensis Episcopus ex opulentissimo diuite voluntate pauperrimus, & copiosissime sanctus, quando & ipsi Barbari Nolam vastauerunt, cum ab eis teneretur, sic in corde suo, ut ab eo postea cognouimus, precabatur: Domine non excrucier propter aurum & argentum; ubi enim sint omnia mea, tu scis; ibi enim habebat omnia sua, ubi eum condere, & thesaurizare ille monuerat, qui hac mala mundo ventura pradixerat. Ac per hoc, qui Domino suo monenti obedierant, ubi & quomodo thesaurizare deberent, nec ipsas terrenas diuitias barbaris incurvantibus amiserunt. Quos autem non obedisse pœnituit, quid de talibus rebus faciendum esset, si non præcedente sapientia, certè consequente experientia didicerunt. At enim quidam boni etiam Christiani, tormentis excruciat sunt, ut bona sua hostibus proderent. Illi vero nec prodere, nec perdere potuerunt bonum, quo ipsi boni erant; si autem torqueri, quam mammonam iniquitatis prodere maluerunt, boni non erant. Admonendi autem fuerant, qui tanta patiebantur pro auro, quanta essent

Cap. XII. Veris dinitijs gaudere;
ta essent sustinenda pro Christo; ut eum potius
diligere disserent, qui pro se passos aeterna felici-
tate ditarat, non aurum & argentum, pri-
quo pati miserrimum fuit, seu mentiendo u-
cultaretur, seu verum dicendo proderetur.
Namq[ue] inter tormenta nemo Christum confi-
tendo amisit, nemo aurum, nisi negando serua-
nit; quocirca utiliora fortasse erant tormenta,
que bonum incorruptibile amandum docebant,
quam illa bona, quae sine ullo utili fructu da-
minos sui amore torquebant; sed quidam etiam
non habentes, quod proderent, dum habere cre-
duntur torti sunt. Et hi forte habere cupiebant,
nec sancta voluntate pauperes erant quibus
administrandum fuit; nec facultates, sed ipso
cupiditatem talibus esse dignas cruciatibus; si ve-
rò melioris vita proposito reconditum aurum
argentumq[ue], non habebant, nescio quidem, viri
cuiquam talium acciderit, ut dum habere credi-
tur, torqueretur. Verum tamen etiam si accidit,
profecto qui inter tormenta illa paupertatem
sanciam confitebatur, Christum confitebatur,
Quapropter eti non meruit, ab hostibus cadi-
non potuit tamen sancta paupertatis Confessor
sine caelesti mercede torqueri.

S. II.

Par D. Antonini consolatio.

Hil

His talibus consolabatur D. Augustinus pauperes à barbaris spoliatos, quos non ad ea, quæ amiserant, modica, fluxa, & multis noxia, sed ad magna, verè pretiosa, & semper duratura aspicere iubebat, qualia bona sunt virtutes, & cæli præmia, quæ virtutes promerentur. Hoc ipsum etiam omnes facere iubebat S. Antoninus, his verbis: *Quanta pars immensi infiniti ani attributa est uniusque? Celeriter ea in aeternitate evanescit. Quantusq[ue] est unius? Quantula in glebulatera repis?* Hac oratione tecum cogitans, nihil animo magnum concipe. Hoc tantum, ut duolu natura agas, & feras, qua communis fert natura. Id cura, quomodo mens tua seipsa utatur. In hoc enim sunt omnia. Cetera sine à voluntate dependeant, sine secus, mortua sunt, sumuq[ue]. Quidni Antoninus virtutes à quæ diuitijs, ac corpori mentem anteponat, cùm vel Ethnicus Anaxagoras interroganti Val. Max. cuidam, quisnam esset beatus? dixerit, Nemo I. p. c. 2. ex his, quos tu felices existimas: sed eum in illo numero reperies, qui à te ex misericordia constare creditur. Non erit ille diuitijs & honoribus abundantans: sed aut exiguus ruris, aut non ambitionis doctrinæ fidelis ac pertinax cultor, in recessu, quam in fronte beatior; fide ditior, quam ære;

S. Antonius
nin. lib.
12. n. 28.

T 5 mori-

298 Cap. XII. Veris diuitijs gaudere,
moribus cultior quam honoribus; denique
ipsa locupletior paupertate.

§. III.

Iaponensis pueri de pretio paupertatis
oratio.

Horat. Tursell. I. 4. vit. S. Franc. cap. II.

Quod vel naturae lumine docti videlicet
pones, quantumuis alioqui Bonziorum
suorum tenebris obnubilati. Sanctus noster
Franciscus Xauerius ad regem Bungi salu-
tandum regiam ingressus, pratorianos milia
numero sexcentos, luculenter armatos offendit
in vestibulo atrioque, mox in spatiofa portica
complures e cohorte regia obuios habet, &c. An-
la hinc patuit viris nobilibus plena, ubi puer se-
ptennis; sed quod facile appareat, indolis rare, si
sene ductus occurrit Xauerio, cumque more patrio
salutat. Fortunatum eius in regiam aduentum
regi perinde charum jucundumque fore, ut tem-
pestivus imber sit per astatem segeti sipienti. Pro-
inde ingredetur latuus, ac memor, se bonis iuxta
charum esse, & inuisum malis. Ad que cum
Franciscus comiter ac benigne respondisset, ad-
iecit puer: O te beatum, Pater, qui ex alio orbe
in alienas terras veneris, nihil hinc mercium
petens, preter infamiam paupertatis! O im-
mensam DEI, quem colis, bonitatem! o recon-
ditam sapientiam! cui cordi est in suis sacerdoti-
bus

bus rerum inopia egestasq; ! En nostri Bonzij ab egestatis probro usq; eò abhorrent, ut jurati propalam confirmant, pauperibus obstructum obvallatumq; esse iter in calum, &c. Porrò is puer grauiissimus de rebus, supra etatem differens, in ulteriore aulam Franciscum Lusitanosq; deduxit, ubi procerum filii confidebant, &c. Ita sensit de Christianorum paupertate Iapon, ethnicus, & puer, ingenio, natura, ratione doctus. Vedit enim avaritia & cupiditatis domitorem supra omne aurum & gemmas splendere; & longè animi opes, supra fortunæ ornamenta eminere.

§. IV.

Interiora hominis bona, que in paupertate eluscunt, magis estimanda.

Quemadmodum stultus est, qui empturus e-
quum, non ipsum inspicit, inquit Macrobius,
sed stratum eius & frānum: sic est, qui homi-
num ex ueste, aut conditione, qua modo uestis
nobis circumdata est, estimandum putat. Et
ille qui de Dō Socratis scripsit, Neq; enim, Apul, dō
ait, in emendis equis phaleras consideramus, Deo So-
& balhei polimina inspiciimus, & ornatissima
ceruicis diuitias contemplamur: sed istes omnibus
exunijs amolitis & amotis, equum ipsum nu-
dum, & solum corpus eius, & animam contue-

Macrobius,

lib. i.

Saturn.

c. II.

Deo So-

crat.

muy.

Socrat.
apud
Srob.
serm, I.

mar. Itaq; neque equus generosus iudicetur, qd
stratū & instructum splendidum habeat; sed qd
natura sit talis: ita nec vir honestus, qui multa
& estimabiles opes habeat, sed qui animo sit pre-
stans. Idcirco fortuna te omniibus bonis sis
spoliauit, vt non tua, sed tu inspicteris, An-
tea mortales purpuram tuā laudabant; nun
patientiam tuam admirantur. Numquam
Iob ornatior fuit, quam cùm nudus fuit. Vi-
stem prius homines videbant, tunc etiam
mentem. Quot ulceribus corpus scabebat,
tot animus eius virtutibus claruit. Itaq; si
fimo illustrior, quam in solio extitit. Neq; il-
li paupertas grauis fuit, qui, ne grauaretur,
ipse dudum antea animo diuitias abiecit.
Qui opes pro onere habet, illi inopia est
pro leuamento. Et certè multæ curæ, cum
multis diuitijs abeunt. Venit autē vna pau-
pertas & libertas. Vel potius tunc hominis
libera generositas ostenditur, cùm amissis
quæ possederat, velut velo remoto, fortitu-
do eius appareat. Qui paupertati potius viti-
um, quam pauperi ascribunt, opinione, non
re laborant. Fur pecuniam, latro vestem adi-
mere potest, in virtutes non habet poter-
statem. Et vel idcirco omnia ista externa
bona amisit Iob, vt occasionem haberet pa-
tientia

tientia^e suæ, longanimitatis suæ, fiducia^e suæ
 Mundo ostendendæ. Nihil deest autibus; re- Matth.
spicite volatilia cali, quoniam neq; serunt, neq; 6, 28.
 quemetunt, neq; congregant in horrea: & Pater
 vester cælestis pascit illa. Nonnè vos magis plu-
 ris estis illus? Pecora in diem viuunt, feris ad
 alimenta solitudo sua sufficit. Itaque & vos
 Nolite solliciti esse, dicentes: *Quid usanducabi-*
mus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hac
enim omnia gentes inquirunt. Itaque vul-
 Christus ea a suis fidelibus non sollicitè in-
 quiri; sed sollicitudinem suā in Deum proj-
 cere omnes, quorū Deo credunt. *Scit e-*
nim, inquit, pater vester, quia his omnibus in-
digeris. Quare sicut pater filijs suis de cibo,
 de potu, de veste prospicit, ita prouideret
 Deus ijs, quorum paupertas hilaris, tuta &
 expedita est. Melius curatur, quem Deus cu-
 rat. Curat autem pauperes, quia ob ipsam
 virtutē cura dignos iudicat: ut mox docebo.

§. V.

Etiam qui inuiti sua bona amiserunt, consolatio-
ne non carent,

Interim, ut & illos consolemur, qui
 diuitias inuiti amiserunt, easque amissas
 nimioperè dolent, sciant se dolendo non
 fieri ditiores, sed miseriiores. Nam idcirco
 eos

eos Deus minus curat, quia illi numerosi
minus curant. Ærario, aut marsupio debet esse
similis homo. Ærario vel marsupio perinde
est, siue plenum, siue vacuum sit: si infans,
accipit; si aufers, silet. Non gemit, non
clamat, non vociferatur; seu fur, seudo-
minus accedit, suo loco manet; idem est illi
repleri, quod exinaniri. Interrogata est beata
memoria Syncletica: Si perfectum bonum est,
nihil habere. Et illa dixit: Valde bonum est hu-
qui possunt. Etenim hi, qui tolerare possunt, tri-
bulationem quidem carnis habent, sed anima-
quiem possident. Itaque; et si aliquid subinde de-
fit ihs, qui suis bonis exuuntur, atque; ideo in-
opia laborare, & penuria premi dicantur, id
tamen aliunde compensatur. Mentis quiete;
& animæ tranquillitas facit, ut quod carni
deest, non aestimetur. Dominus dedit, Di-
minus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum
est, sit nomen Domini benedictum; ait homo sim-
plex, & rectus, ac timens Deum. At tu, o im-
patiens, quid clamas? Pecuniam perdidisti!
Fortasse te illa perdidisset. Pecuniam perdidisti!
Sed habuisti. Pecuniam perdidisti! Sed habebis in-
de periculi minus! Pecuniam perdidisti! O te felici-
cem, si cum illa auaritiam perdidisti. Sed si ma-
net illa apud te, est tamen uterumq; felicior, quid
tamq;

In vitis
PP, l. 5.

Job. 1, 21.

santo malo materia subducta est. Perdidì pecuniam! & illa quidem quam multos? eris nunc in via expeditior, domi tutior. Non habebis, sed non timebis heredem. Exoneravit te fortuna, si intelligis, & tuiore loco posuit. Damnum putas? remedium est. Defles, gemis, miserum te clamitas, quod opibus excusus es? Tuo vitio ista tibi iactura tam tristis est. Non tam moleste ferres, si tamquam perditurus habuisses. Perdidì pecuniam! nempe quam, ut tu haberet, aliis antè perdiderat. Vide Petrarch. l. 2, de remed. vtr. fort. dial. 13.

§. VI.

Quām bono dolo Macarius dinitem Virginem
deceperit, ut gauderet de eo, quod inuita
amiserat?

Quid si vel inuito ademtae opes prosint, atque is maximè prospicit, qui vel maximè vindicetur nocuisse? Cùm essem astutus, inquit. 2. Cor. Apostolus, dolo vos cepi; hoc est, artificiosa 12. 16. solertia, & cauta prudentia vos conuerti. Nam, ut S. Thomas existimat, eo loco, abu. S. Thom. siue in bonam partem accipiuntur. Sic de- 2. 2 q. 55o art. 4. cipi, non est iniuriam pati, sed beneficio af- affici: ditatque alterum, qui cum dolo bono spoliat. Audi factum felix euentu, forte co- Pallad. natu, quod meritò Helenopolitanus Episco- c. 6. Hist. pus Lausiac,

304 Cap. XII. Veris dinitijs gaudere,
pus Palladius memoriæ mandauit. Erat quidam Alexandriae virgo solum nomine, habens
quidem humilis, animi autem instituto parca,
gloriosa & insolens, & laborans auaritia, non
potius, quam DEI amans: ex rebus suis nullum
quam exhibens, non hospiti, non pauperi,
aut afflito, non monacho, non virginis, non Ec-
clesia vel obolum unum. Ea multis sanctorum
Patrum admonitionibus incitata, non repul-
bat graue pondus dimitiarum. Erat autem
quod genus, ex quo sororis sua filiam in filiam
adoptauerat. Cui noctu & diu sua pollicebatur,
cum ipsa excidisset ab opibus calestibus. Nam
hac quoque est una species fraudis diaboli, qui
prætextu amoris in cognatos, efficit ut nascantur
auaritia. Nam quod ei nulla cura sit generis
hinc patet. Ipse enim docuit, & fratrem &
matrem, & patrem occidere. Id est ex scri-
pturis extra controvërsiam. Sed et si videatur
nonnullis curam cognatorum inserere, non hoc
facit quod illis bene velit, sed ut eorum, qui ei
parent, animam aperte exerceat ad iniustiam,
cum ipse sciat latam sententiam, quæ dicit: In-
iusti regnum DEI non posidebunt, &c. Huic
virginis, qua solo nomine sibi parauerat appella-
tionem, moribus autem erat aliena ab exercita-
tione, cum venam, ut dicitur, vellet incidere
ad lea

ad lenandam auaritiam, sanctissimus Macarius presbyter & Prefectus Prochotrophij eorum, qui sunt corpore mutilati, talem astum excoitat. Erat enim is à inuentute lapidarius. Ad eam autem accedens, dicit: in me incidunt pulchra gemma, smaragdi & hyacinthi; nec scio, an sint furtivi, an alicuius mercatoris, non constituitur enim eis pretium, cum estimationem superent: qui habet autem, verdit eas quingentis nummis. Si ergo tibi visum fuerit, eas accipere, da quingentos nummos; potes ex una gemmā accipere quingentos, reliquis autem uti ad variandum mundum filiae sororis. Cum autem, qua dicebatur virgo, tota penderet a puellā, inescatur eius ornanda cupiditate: & præcidit adeius pedes, & dixit: Rogo te, ne quis alius eas accipiat. Eam ergo adhortatus sanctus, dicens: Veni usque ad domum meam, & eas affice. Illa autem noluit; sed ei præberet quingentos denarios, dicens: Rogo te, ipse eas, ut vis, cape. Nolo enim videre hominem qui eas vendit. Cum autem quingen-
tos denarios ab eā accepisset sanctus Macarius, dat eas ad usum Prochotrophij. Cum autem multum tempus præterisset, quoniam existimabatur Alexandria senex vir effe summè pius ac misericors, vixit autem ad centum usq; an-

mos,

305 Cap. XII. Peris dinitijs gaudere,

nos, cuius tempore nos quoq; faimus, vereba-
tur eum admonere. Tandem cùm eum invi-
nisset in Ecclesia, dicit ei: Rogo te, quid juba
de lapidibus, pro quibus dedimus nummos qui-
gentos? ille ei respondit, dicens: à quò die mil-
dedisti aurum, eos impendi in pretium gemma-
rum, & si velis eas videre, veni in hospitium.
Illic enim sita sunt gemmae, & vide: quod si huius
non placeant, tolle aurum tuum. Venit autem
illa lubentissime. Habebat autem Prochairo-
phium in superiori quidem parte mulieres, in
inferiori autem viros. Cùm ea autem accessi-
set, introducit eam in vestibulum, & dicit ei sa-
Etus Macarius: Quid vis primum videre, hy-
acinthos an smaragdos? Ea verò illi dicit: Quid
tibi videtur. Illo verò eam ducit in partem su-
periorem, & ostendit ei mulieres mancas ac mu-
tilas, & orbatas oculis, & dicit ei: Ecce hyacinti.
Deinde ducit eam in partem inferiorem,
& ostendit ei viros, dicens: Ecce smaragdi; &
exstimo, non inneniri his pretiosiores: quod si huius
bi non placeant, accipe aurum tuum. His ergo
sic gestis, pudore affecta virgo exiit, & domum
reuersa magnum accepit dolorem, quod hanc
rem ex DEO non fecisset, sed adducta necessi-
tate. Postea autem gratias egit presbytero, cùm
puella, cuius curam gerebat, post nuptias mor-
I.H.B.

tua esset, sine liberis, ipsaqe deinceps vitam suam
recte instituit.

§. VII.

Macarij, & Ioannis Eleemosynarij, in paupe-
ribus innandis, quo modo imitandum sit
exemplum?

Multis sanguinis copia laborantibus, prodest venam secari. Auaris pecuniam auferre, est sanguinem mittere. Quo pacto misit huic mulieri Macarius; quae vitam numquam recte instituisset, tot nummis onerata. Nemo tamen hinc erroris debet sumere occasionem. Nec enim fures, aut prædones excusabuntur, si, dum clepunt, aut rapiunt pecunias, dicunt se auaris sanguinem mittere, alioquin & carnifex, cum eos cultro suo subiecerit, dicet se illis sanguinem missurum. Alia, & sancta arte Macarius fæminæ isti nummos abstulit, eos redditurus, nisi tandem vel lubens consenseret. Ut autem consentiret, videtur illa ipsa pecunia impetrasse, quam pro eius animæ salute Macarius in egenos erogauit. Utinam Macarius haberet multos imitatores, qui pecuniam pretiosis vestibus, sumtuosis spectaculis, Antonianis conuiuijs, aut alijs vanitati destinatam, in pauperes,

V 2 dolo

308 Cap. XII. Veris dinitijs gaudere,
dolo bono, transferrent. Quàm multi pa-
rentes vtiliùs vestirent nudos, quàm tol-
pellibus pretiosis inuoluerent suos Ase-
nios? aut Iulos? Grauantur in aulis par-
tes aureis belluatis tapetibus, & milites in
campo frigore pereunt. Quantum, ô ma-
riti, in coniugum vestrarum syrmata im-
penditis? quantum, ô vxores, in viroru-
vestrorum compotationes? suadete illis, vi-
tantum in inopes expendant. Non erit hoc
pecunias amittere, sed fœnori dare. Diffi-
cile est hoc? Deum amanti nihil difficile est.
Cur hîc ambigitis, quæ potestis aliud quid-
uis coniugibus vestrīs suadere? immo eti-
am malis fraudibus persuadere? Ioannis

Leont. Episcop. Eleemosynarij Archiepiscopi Alexandrii
Neapolis in eius exemplum vobis proponite, qui quàm pri-
vita, apud munum Pontifex factus est, accersitis ad se Ec-
Sur. 23. clesiæ dispensatoribus, ijsque quos à secreto
Januarij. consilio habebat, dixit: *Non est iustum, fratres, & in ministerio socij, ullius alterius vi- curam gerere prius, quam Christi. Eunta itaq. per totam ciuitatem, singulatim describitemus DOMINOS.* Hæserunt illi, quid vellet, & interrogarunt, quinam essent Patriarcha DOMINI? Quibus respondit: *Quos vos pan- peres & mendicos soletis appellare, eos ego DOMI-*

DOMINOS meos, & adiutores nomino. Nam
ijs soli mihi possunt opem ferre, ut à Christi re-
gno non excidam. Fecerunt, quod iussi erant,
& inuenti sunt septies mille quingenti,
quorum singulis quotidie jussit dari sum-
tum diurnum. Post hæc studium conuer-
tit suum ad hoc, vt justis ponderibus &
mensuris vterentur, qui vendebant in ciui-
tate. Vt amini & vos, ô matres familias
justis ponderibus, nec vobis ipsis plus in lu-
xum vestium, in torques, in armillas, in
gemmas impendire, quam in membra Chri-
sti alenda. Hoc dicite maritis vestris, quod
Eleemosynarius dixit ijs, qui res Ecclesiæ
dispensabant. Maritos **dominos** vocatis, &
illis ipsæ imperatis. Pauperes pro **dominis**
vestris habetote, qui possunt vobis opem
ferre, non jam vt domi regnetis, sed

ne à Christi regno exci-
datis.

